

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8992

Auteur(s) : Guillaume de Tournebu, Coutances (évêque)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1197

Action juridique : notification

Langue du texte : latin

Analyse

G[uillaume], évêque de Coutances, notifie l'arrangement mené au nom du pape Célestin [III] par les abbés R[obert] de Saint-Sauveur-le-Vicomte, Guillaume de Saint-Lô et Guillaume d'Hambye pour régler le différend survenu entre l'abbaye de Savigny et son vicaire Richard de Sourdeval, d'une part, et Richard de Polley, archidiacre de Coutances, d'autre part, au sujet de l'église de Sourdeval.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Müller Harald, *Päpstliche Delegationsgerichtsbarkeit in der Normandie*, 12. und frühes 13. Jahrhundert, Bonn, Bouvier, 1997, 2 vol., t. 2, n° 110, p. 226.

Texte d'après a

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit W. Dei gratia Constantiensis episcopus salutem in Domino perpetuam. Ad noticiam uniuersitatis uestre uolumus peruenire, quod cum causa que uertebatur inter G. abbatem et conuentum Sauignei et Ricardum de Sordeual eorum uicarium ex una parte et Ricardum de Poleio archidiacono Constantiensi ex alia super ecclesia de Sordeual, dilectis in Christo filiis Rogero Sancti Saluatoris et Willelmo de Sancto Laudo et Willelmo de Hambeia abbatibus a Celestino summo pontifice commissa fuisset audienda et fine debito terminanda, et partibus in presentia nostra constitutis dictus arch(idiaconus) prefatam ecclesiam peteret contra memoratos abbatem et conuentum et uicarium qui cum omni integritate possidebant, tandem controuersia ista in hunc modum per concordiam conqueuit, que postea in nostra presentia ab utraque parte fuit reformata. Dicitur siquidem arch(idiaconus) omnino liti prefate renunciauit et in uerbo ueritatis firmiter et fideliter promisit, quod ipse unquam ulterius abbatem et monachos Sauign(ienses) aut eorum uicarium super illa ecclesia molestabit. Abbas autem et monachi attendentes eius deuotionem quam erga eorum monasterium exhibebat et eius liberalitatem uolentes respicere, maxime cum eius sollicitudo et diligentia eorum ecclesie possit esse perutilis, dederunt ei III lib(ras) And(egauensium) in perpetuum beneficium per manum abbatis singulis annis percipiendas in nundinis de Monte Mart(ini), donec uelint ei in competenti beneficio prouidere quod ipse uelit accipere. Et abbas pro se et conuentu promisit in uerbo ueritatis se compositionem istam firmiter et fideliter seruaturum. Vt ergo concordia dicta in iure coram nobis facta sollempniter memoriter teneatur, eam duximus litterarum nostrarum cum nostris sigill(is) munimine roborandam. Actum est hoc anno ab incarn(at)ione Domini M°C°XC°VII°. T(estibus) his : Rad(ulfo) arch(idiacono) Baioc(ensi), Gaufr. eius fratre, Vnfrido nepote eius, W(i)ll(elmo) Darel clerico, Ric(hardo) Hairon canonico Const(antiensi), H(er)b(erto) Heremita clerico, Johanne abbate de Alneto, Ric(hardo) de Spineto, Johanne Grael et pluribus aliis.